



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXCIX. Innocentius VI. Anno Christi 1352. Caroli IV. Rom. Reg. 7. Joan.
Palæol. 12. Et Joan. Cantacuzeni 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65477)

præter panem, vinum, aquam, indulget
missum carniū, piscium seu ovorum,
confectūque ex carnibus seu piscibus em-
bamma: insuper carnes sale conditas, her-
bas crudas, caseum, fructus, adjecta con-
ditione, ne quis vesceretur ferculo alieno:
eisdemque, cum in lectis quiescendi cau-
sa, vel dormiendi esse voluerint, permi-
sit intermedia, seu velamina simplicium
cortinarum. Hæc ex Clementis VI con-
stitutione §. quæ exstat tom. 1. Bullarii
pag. 279. & apud Raynaldum ad an. 1351.
§. 39. Vide annotat. 2. ad Gregorium X.

CXCIX.

INNOCENTIUS VI.

ANNO CHRISTI 1352.

CAROLI IV. ROM. REG. 7. JO.
AN. PALÆOL. 12. ET JOAN.
CANTACUZENI 6.

INNOCENTIUS VI. Lemovicen-
sis, antea *Stephanus Alberti*, Osti-
ensis Episcopus, anno 1352. XV.
Rayn. an. Kal. Januar. Pontifex dictus est, in-
1352 §. 2. auguratusque III. Kal. mensis ejus-
Spond. dem. Is constituit, Prælatos & alios
§. 18. beneficiatos in curia, illic tunc morantes,
unumquemque ad suum Beneficium perso-
na-

naliter applicare, & ibi residentiam facere sub pœna excommunicationis. (1) Sacerdotia contulit solummodo spectatissimis pietate & doctrinâ viris, docuitque, Ecclesiasticas dignitates non generis, sed virtutis præmia esse. Stipendia decrevit *Rotæ Auditoribus*. Misso in Italiam Ægidio Alvaro Albornotio Archiepiscopo Toletano, Romanæ Ecclesiæ ditionem quâ armis, quâ armorum metu intra quinquennium vindicavit ab usurpatoribus. Supplicante Carolo Rege, diem præstituit Feriam VI. post Octavam diem Resurrectionis Domini instrumentis Passionis ejus Lanceæ, Clavis, aliisque in Alemannia & Bohemia solemniter colendis. Mandavit Petro Episcopo Ostiensi, ut Romæ eundem Regem Carolum unâ cum Anna uxore ejus sacro oleo inungeret, atque Cæsarem constitueret. Avenionem mœnibus, fossâque circumdedit. Obiit anno 1362. pridie Idus septembris. *nono anno Pontificatûs, mense octavo, die sexto & vicesimo.*

Rayn. an.

1353 §. 1.

Spond.

§. 2.

Rayn. an.

1354 §. 1.

1355 §. 2.3

Spond.

§. 1. 3.

Rayn. an.

1362 §. 2.3

Spond.

§. 4.

AN-

ANNOTATIONES.

(1) Ptolomæus Lucensis in Vita Innocentii apud Baluzium in Vitis Papatum Avinionensium tom. 1. pag. 357.

CC.

URBANUS V.

ANNO CHRISTI 1362.

CAROLI IV. 17. JOAN. PALÆO.
LOGI 22.

EXequiis novemdialibus Innocentio VI. de more perfolutis, comitia Pontificalia haberi cœpta. Aliquamdiu certatum est diversitate sententiarum. Demum extra sacrum Cardinalium collegium Pontifex quaesitus, creatusque V. Kal. Novembr. *Gulielmus Grimoaldus*, Gallus, Abbas S. Victoris Massiliæ. Ex Italia, quomissus fuerat ab decessore suo ad res Ecclesiæ procurandas, reversus Avinionem consecratur V. Idus mensis ejusdem. Voluit se *Urbanum V.* appellari, quodd hujus nominis Pontifices sanctos haberet, eorumque imitatione cuperet simul vitam instituire, simul Ecclesiam administrare. Sollicitus de Græcis Romanæ Ecclesiæ

Rayn. an.

1362. §6.7

Spond.

§. 7.8.